

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ioachimi Langii colloquia Latina

Lange, Johann Joachim

Halae Saxonum, 1786

Vsvs declinationvm

[urn:nbn:de:bsz:31-264123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-264123)

V S V S
DECLINATIONVM

In conuenientia adiectiui et substantiui.

Mensa rotunda. Seruus fidelis. Scamnum latum. Arma mea.

Pater benignus, mater cara. Nubes obscura. Ouis mansueta.

Genus nobile. Mare profundum. Animal reptile. Poëma doctum.

Fructus gratus. Ficus foecunda. Curuum cornu. Dies amœnus.

Hic vir, hæc mulier, hoc animal: ille puer, illa puella.

Mea penna est acuta: nostræ pennæ sunt acutæ.

Hæc schola est vicina: hæc scholæ sunt vicinæ.

Rosa est flos pulcher: rosæ sunt flores pulchri.

Pulchritudo rosarum magna est, imo maxima.

Hic vir est doctus: hæc femina est loquax: hoc lignum est durum.

Doctrina huius viri est magna: loquacitas huius feminae est impia.

Vnusquisque homo est mortalis secundum corpus suum.

Hic puer est ignauus. Ignauia huius pueri intolerabilis est.

In hoc puero est magna diligentia, imo est diligentissimus.

Cibus est gratus ori et salubris corpori meo.

Hoc acetum est acre. Magna est acrimonia huius aceti.

Meus pater est lenis. Lenitas mei patris magna est.

Hæc vestis est elegans: elegantia huius vestis est magna.

Meus frater est laboriosus. Labor fratris non est exiguus.

Ve.

Vestis fratris nondum sunt confectæ seu paratæ.
 Onus est graue. Grauitas oneris non est parua.
 Tua vestis est lacera ac detrita, sicut mea.
 Meæ vestes sunt laceræ ac detritæ, sicut tuæ.
 Noster hortus est valde amœnus.
 Egregia est horti nostri amœnitas.
 Meus liber est nouus. Mea auris est aperta.
 Mea manus est clausa. Meum corpus est ægrum.

V S V S

CONIVGATIONVM.

FORMVLAE cum VERBO SVM.

Præs. Indic.

Sum discipulus, vel, ego *sum* discipulus. *Sum*
 piger, impiger.

Es condiscipulus, vel, tu *es* condiscipulus: *es*
 piger.

Ego *sum* diligens, tu *es* negligens. (puella.

Meus frater *est* bonus puer: mea foror *est* bona

Meum scalpellum *est* acutum. Meum atramen-
 tum *est* tenue.

Hic liber *est* meus: hæc penna *est* tua: hoc sca-
 mnum *est* nostrum.

Sumus in schola, *estis* in horto, *sunt* in templo.

Nos sumus in vrbe, *vos estis* in agro, *illi sunt* in
 silua.

Nos sumus diligentes, *vos estis* negligentes, *illi*
sunt rudes.

Nos sumus docti, *vos estis* indocti, *illi sunt* fa-
 pientes.

Imperfectum.

Heri *eram* domi: non *eram* diligens.

Cur hodie non *eras* in schola, nec *eras* diligens?

Meus frater non *erat* in horto, *erat* petulans.

Nos eramus in templo, *eramus* attentî.

Nos eramus in horto sine strepitu.

A 4

Vos